Fragmentarium

i ciuitate et de perfugis qui perfugerant
ad regem babilonis et ceteros de multitu
dine transtulit nabuzardan princeps
milicie. De pauperibus uero terre reliquit
nabuzardan princeps milicie uinito
res et agricolas. Columpnas quoque e
reas que erant in domo domini et bases
et mare eneum quod erat in domo domini con
fregerunt chaldei et tulerunt omne es
eorum in babilonem. Et lebetes et creagras
et psalteria et phialas et mortariola et
omnia uasa erea que in ministerio fuerant tu
lerunt et ydrias et thimiamateria et
urceos et peluues et candelabra et ciathos.
Quotquot aurea aurea et quotquot ar
gentea argentea tulit magister milicie
columpnas duas et mare unum et uitu
los xii. ereos qui erant sub basibus quas
fecerat rex salomon in domo domini. Non
erat pondus eris omnium uasorum horum.
De columpnis autem xviii. cubiti al
titudinis erant in columpna una et
funiculus xii. cubitorum circuibat eam.
Porro grossitudo eius iiii. digitorum et
intrinsecus caua erat. Et capitella e
rea. Et altitudo capitelli unius v.
cubitorum et reticula et malagrana
ta super coronam in circuitu. Totum erat
eneum. Similiter erat de columpna
secunda et malagranata. Et erant super capitel
lum in circuitu omnia erea. Similiter
columpne alterius. Et fuerunt mala
granata nonaginta et sex dependentia.
Et c. reticulis circumdabant omnia
mala granata. Et tulit magister milicie
saraiam sacerdotem primum et sophoni
am sacerdotem secundum et tres custodes uesti
buli. Et de ciuitate tulit eunuchum unum
qui erat prepositus super uiros bellatores
et vii. uiros de hiis qui uidebant faciem
regis qui inuenti sunt in ciuitate et scribam
principem militum qui probabat tyrones
et lx. uiros de populo terre qui inuenti sunt
in medio ciuitatis. Tulit autem nabuzar
dan magister milicie et adduxit eos ad re
gem babilonis in reblatha. Et percussit eos rex

babilonis et interfecit eos in reblatha in
terra emath. Et translatus est iuda
de terra sua. Iste est populus quem transtulit
tulit nabuchodonosor in anno vii. iudeos tri
a milia et xxiii. In anno xviii. nabu
chodonosor transtulit de ierusalem animas octin
gentas xxx. duas. Anno xxiii. Na
buchodonosor transtulit nabuzardan ma
gister milicie iudeorum animas dcc. xlv.
Omnes igitur anime iiii. milia dc.
Et factum est in xxx. vii. anno trans
migrationis ioachim regis iuda xii.
mense xxv. die mensis eleuauit euil
merodach rex babilonis ipso anno regni sui
caput ioachim regis iude et eduxit
eum de domo carceris et locutus est cum
eo bona. Et posuit thronum eius super
thronos regum qui erant post se in ba
bilone. Et mutauit uestimenta carceris
eius. Et comedebat panem coram eo
semper cunctis diebus uite sue. Et cibari
a eius cibaria perpetua dabantur ei a re
ge babilonis statuta per singulos dies
usque ad diem mortis sue cunctis die
bus uite eius. Et factum est postquam
in captiuitatem ductus est israel et ierusalem
destructa est sedit ieremias propheta flens
et planxit lamentationem hanc in ierusalem
et amaro animo suspirans et eiulans
dixit. Incipit lamentatio ieremie quod est in
titulo lamoth ... hebraice. Aleph.
ergo ascendissemus ad famulum [...]o medo sedes
trem nostrum narrauimus sola ciuitas
locutus est dominus meus. Et [...] plena populo.
Reuertimini et emite nobis pa[...]ta est quasi
Cui diximus. Ire non possumus uidua domina
ster minimus descenderit nobis[...]gentium prin
mur simul. Alioquin illo absente proui[n]
ciarum uidere faciem uiri. Ad quam frater
dit. Vos scitis quod duos genu[...] tributo.
[...]os uxor mea. Egressus est [...] Beth. Plorans
plorauit [...] in nocte et lacrime eius in max
illis eius. Non est qui consoletur eam
ex omnibus caris eius. Omnes ami
ci eius spreuerunt eam et facti sunt ei ini
mici. Gimel. Migrauit iudas propter afflic

License: public_domain – Basel, Universitätsbibliothek, Comites Latentes (Depositum des Historischen Museums Basel), CL 298, CL_298r – Bible (https://fragmentarium.ms/view/page/F-tlp8/9907/72246)